



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Lupus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

pudore semel deposito instar bestiarum se gerunt. Onagra velocissimo cursu suo Venatores insequentes eludit: capitur tamen facile, cum generationi vacat, foetu ac menstruis laborat. *Hinc omnes, qui querunt eam, in menstruis eius inveniente eam.* Jerem. 2. Ita in sensu litterali à Jeremias intento Israelitæ perditio suo idolorum cultui addicti facile cesserunt in prædam Ägyptiis & Chaldæis. In sensu tropologico teste S. Greg. facile in prædam cedit Diabolo luxuriæ luto infixus.

Lupus.

Benjamin lupus rapax Gen. 29. In sensu boeno applicatur zeloso operario. S. P. Nostrum insigne gentilium lupus erat. *Lupus & agnus pascentur simul.* Il. 65. Barbarus benè natus, à natura ferus & mitis in eadem Ecclesia, religioso ordine. Hypocritæ sub vestimentis ovium, exteriori motum compositione, intrinsecus sunt lupi rapaces. Matth. 7. *Mitto vos sicut agnos inter lapos.* Luc. 10. Viros Apostolicos inter Barbaros in veteratos peccatores. Et certè sic Apostoli, sic eorum vestigiis insistentes usque modo viri Apostolici mansuetudine suâ ac humilitate gentiles lupis atrociores subsecerunt. Acquisivit humilitas, superbia quod amisit, & gressus filius ac mitis totas & varias edomuit propriâ mansuetudine feritates. Pusillus gressus vicit ac fregit tot genera bestiarum, quo diversitates subdidit iugis Christianorum. S. Chrysostomus. adverte hic,

quo-

378 *Pars secunda de elevatione*
quomodo in eodem saeculo v. g. Lutherus Apo-
stata aliquique Haeretici ferro, cædibus, calumniis,
scommatibus Catholicos ab avita fide ad haere-
sin suam perduxerint. Et S. Xaverius Aposto-
licis insistens vestigiis humilitate & mansuetu-
dine tot centena gentilium millia ad Christum
perduxerit. Et inde collige veræ Ecclesiæ notam.

Vulpes.

Capite nobis vulpes parvulas, que demolissimæ
vineas nostras. Cant. 2. Imperfectiones, sen-
suales affectiones, venialia peccata supprimen-
da. *Ite, & dicite vulpi illi. Luc. 13.* fraudu-
lento Herodi. In promptu causa est, cur tales
comparentur vulpibus, sed color subruber cri-
nium præcisè non arguit calliditatem, licet se-
pè eidem per accidens conjunctus sit. Et quo-
modo color ille certi quid prognosticare po-
test? cum frons, oculi, vultus persæpè men-
tiantur. Adagium vetus est: *Cave tibi à Ger-
mano nigro, Italo rufo, Hispano albo. Vulpes
foveas habent, & volucres cali nidos. Filius au-
tem hominis non habet, ubi caput reclinet. Luc. 9.*
Christus in Cruce, & quâ fronte tu quereris has
illas commoditates tibi deesse? Vulpes trece-
tæ Samsonis alligatis ad caudas facibus segeres
Philistinorum incendentes Jud. 15. Symbo-
lum sunt Haereticorum teste Ambros. & Au-
gustin. qui blandâ facie promittunt salutem, sed
caudis suis ignem æternum attrahunt.

Lephi